



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tripartita Demonstratio, Worin Augenscheinlich wird  
vorgestelt/ Daß Die Stadt Hildesheim von Jhrem Anfang  
biß hiehin den Herren Bischöffen Als jhren  
Landts-Fürsten/ Gleich anderen Municipal-Städten ...**

**Hildesheim, A[nn]o 1691.**

Num. 74. Extractus ex operibus Kranzij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38409**

ter adhæserunt, & propter graves expensas & labores, quos faciunt & fecerunt  
in custodis & munitionibus urbis, de communi consensu damus ejsdem Burgen-  
bus plenam & liberam potestatem muniendi valvam urbis, que Monasterium sancti  
Godehardi respicit, & totum murum cum via in circuitu urbis, ita videlicet,  
quod ipsam valvam claudendi, aperiendi & custodiendi die & nocte sicut unam de  
valvis sua civitatis liberam habeant potestatem, insuper damus ipsis potestatem  
minores portas urbis, quae cum periculo sunt aperte, perpetuo obstruendi: Ne  
igitur super hoc facto impostorum dubitari contingat, præsens scriptum  
eis damus Sigillorum nostrorum munimine roboratum; Datum Hilden-  
sem. Anno Domini M. CC. XLIX. X. Calend. Augusti.

## Num. 74.

## Extractus ex operibus Kranzij.

Lib. 2. Saxonia cap. 24. lin. mihi. 33. & seqq.

**I**dem quoque Rex ante postque annis aliis septem fundavit in eâ Pro-  
vinciâ (nimirum Saxoniâ) Ecclesiæ donans Regalia Pontificibus, quod  
intelligeret, populum effrenem posse Religione contineri, armis ve-  
rò placari non posse, Verdensem, Myndensem, Paderbornensem,  
Osnabrugensem, & ultra Weseram Hildesemensem & Halbersta-  
ensem.

*Idem lib. 2. Saxon. Cap. 23. sub. initium.*

Wedekindus autem pacatus in suâ sedet Provinciâ Westphaliam solam  
gubernans, nam ultra Visurgum Provinciâ & angustiis Wandalorum pre-  
mebatur, & quod tenuere ditionis Pontifices gubernabant.

*Idem in prelatione Metropolis pag. mihi. 2. l. 3.*

Lex pacis noī, alia fuit victoriose Principi (nimirum Carolo Magno)  
quam ut contemptis idolis, veram & synceram, atque æternam Christi  
religionem amplecterentur (scil. Saxones) Quumque persentiret optimus  
Rex, gentem duræ cervicis non ferre jugum terrenæ dominationis,  
partitus est provincias religiosis Christi Sacerdotibus, quos iusit Episcopos consecra-  
ri, quibus à Summo Pontifice, & Legatis ejus, cum attributus esset ensis ille spi-  
ritualis Districcionis, ipse Carolus SUUM illis adjecit, ut haberent, quo contu-  
maces, & terrorent, & disstringerent.

Verum nullum certius hujus rei testimonium, quam verba ipsius-  
met Caroli inserta fundationi Bremensis Ecclesiæ. Quæ habet

*Lib. 2. Saxonia cap. 15. initio & lib. 1. Metrop. cap. 7. & 8.*

*Cap. 14. Saxon. lin. m. 43.*

Operæ pretium judicavi inserere Privilegiū Caroli, quod tum contulit Eccle-  
siæ Bremensi, unde discant posteri, quid permoverit optimum Regem,  
*EPISCOPIS NON DUCIBUS SUIS terram supponere*, cernantque de  
temporum ratione complurima, quæ alibi non legantur, Exemplar ergo  
ejus Privilegii Bremensi Ecclesiæ à Carolo donati.

*Saxon. Cap. 15. init.*

In nomine Domini & Salvatoris nostri JESU Christi, Carolus Divinâ  
ordinante clementiâ Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in-  
bellis victoriâ potiti sumus, in illo, & non in nobis gloriamur: Et in-  
hoc sæculo pacem & prosperitatem, & in perpetuo futuro æternæ merce-  
dis

dis retributionem nos promereri confidimus : Quapropter, neverint omnes Christi fideles, quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciæ perfidiæ sémper, indomabiles, ipsique DEO & Nobis tam diu Rebels, quoisque illius, non nostrâ virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad Baptismi gratiam DEO annuente perduximus, pristinæ libertati donatos & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriæ contulit, ipsi Tributarios, & Subjugales devotè addiximus, videlicet, ut qui nostræ Potestatis jugum haec tenus ferre detrectarunt, vieti jam (DEO gratias) & armis & fide Domino, ac Salvatori nostro JESU Christo, ac Sacerdotibus ejus, omnium suorum jumentorum & fructuum totiusq; culturæ decimas, ac nutrituræ divites ac pauperes legaliter constricti persolvant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in Provincias redigentes & inter Episcopos certo limite disternentes.

*Glossa Kranzij ibid.*

[Regionis bello viæ Episcopi Domini constituuntur.]

Septentrionalem illius partem, quæ & piscium ubertate ditissima, & percoribus alendis habetur, aptissima, pio Christo & Apostolorum suorum Principi Petro pro gratiarum actione devote obtulimus, sibi in Wigmodiâ in loco Bremen vocato, super flumen Weseram, Ecclesiam & Episcopalem constituimus Cathedram &c.

Quamobrem quia omnipotens Deus in gente Phrisonum sicut Saxonum ostium suum aperuit, partem prænominatae Regionis Phrisiæ, quæ contigua huic Regioni esse dignoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoq; Provisorij Willehado Episcopo, ejusq; Successoribus perpetuò delegavimus retinendam, & quia casus præcedentes nos cautos faciunt in futurum, ne quis (quod non optamus) aliquam sibi in eadem Diœcesi usurpet potestatem, certo eam limite facimus terminari, eiisque hos terminos Mare Oceanum, Albim Flumen &c.

Et ut hujus donationis ac circumscriptionis Authoritas nostris futuri temporibus Domino protegente valeat inconcussa manere, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini Caroli Regis invictissimi: Hildebaldus Archi-Episcopus Coloniensis & sacri Palatii Capellanus recognovi, data II. Idus Iulii Anno Dominicæ Incarnationis 788. Indictione 12. Anno autem Regni Domini Caroli 21. Actum in Palatio Nemetensi feliciter, Amen.

*Idem lib. 2. Saxonie cap. 29. In verbis*

*Crediderim Saxones eâ etate jam subditos religioni paruisse PONTIFICIBUS, nec DUCIS ALICUJUS TULISSE IMPERIUM &c.*

### Num. 75.

### Diploma Sancti Henrici Secundi Imperatoris.

**I**N Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis: Henricus Divinâ favente Clementiâ Rex. Si Sacerdotum & Servorum DEI petitiones pro suis necessitatibus, quæ nobis innotuerunt ad effectum perducimus, non solum Regiâ consuetudine exercemus, verum etiam ad æternæ Beatiitudinis præmia capescenda, talia Nobis facta profutura liquidò confidi-

H VI  
28